

husen sororibus suis Mechtildi videlicet et Hildegundi earumque filiis et fratribus uxoris sue Theoderico ordinis fratrum Augustinianorum (!) et Andree et Petro monachis Cysterciensis ordinis in Ryphinstein, cum sarcinam carnis deo vocante utrique deposuerint, delegavit tali apposita condicione, ut cum unus ipsorum mortuus fuerit, qui supervixerit si alteri nupserit filiosque procreaverint nullam in dictis bonis habebunt porcionem. Cum vero dictus Gernodus uxorque ipsius ambo viam universe carnis ingressi fuerint, prelibata bona vendantur et tam sororibus Gernodi quam fratribus uxoris sue memoratis equaliter dividantur. Hoc tamen observandum, ut cum bona iam dicta venundari contigerit et aliquis de amicis Gernodi prelibatis emere voluerit, ipsi aliquanto remissius porrigantur. Preterea sepefatus Gernodus nec uxor ipsius bona sepedicta minuendi habebunt ullatenus potestatem nisi quod absit nimiam rerum inopiam paciantur aut evidenti necessitate compellantur. Quod si contigerit, ipsa bona libere poterunt venundare, non tamen summatim, sed unum agrum vel plures si necesse fuerit et hoc sub bono testimonio, ut ab ipsa possint inopia sublevari. Insuper unam marcam Molhusensium denariorum ecclesie sancte Marie virginis nove civitatis in Molhusen assignavit, ut singulis annis de curia pretaeta iamdictus census pecunie dimidius ad oblacionis vinum comparandum, reliqua pars ad restaurandam capellam in honore beati Petri apostoli dicatam perpetuo tribuatur. Hoc tamen memorie firmiter commendandum, quod si prelibatus Gernodus eiusque uxor qui nunc sine liberis existunt domino, cui omnia possibile sunt, volente filios aut filias procreaverint, omnia, que subscripta sunt, irrita sint penitus et pro nichilo reputanda. Ut autem hec omnia firma permaneant, presens scriptum sigillo domini abbatis de Ryphinstein et sigillo venerabilium fratrum Teutonicorum nove civitatis in Molhusin est firmiter communitum. Huius rei testes sunt Ernestus de Kullested, Herwicus de Tifintal, Konemundus filius Helye. Datum anno domini MCCLXXXV°.

Or. im M. A., das Siegel des Abts stark lädirt, das des Pfarrers der Neustadt wohlerhalten.

1296 Mai 6.

451.

Das Stift Burschla (Burslo) überlässt eine Hufe zu Bollstedt, welche Heinricus de Melre zu Lehen gehabt hat, dessen Gattin Uta um zwei Schillinge Mühlh. Währung auf Lebenszeit.

Mitgetheilt aus dem St.-A. zu Dresden.

1296 Mai 11.

452.

*Der Rath von Mühlhausen bekennt, dass Albert, Sohn Dietrichs Baldebert, seiner Ehefrau Mechtildis eine Anzahl Grundstücke in der Stadtflur zu lebenslänglichem Genuss überlassen habe.*

Nos Ernestus de Kullistethe, Hennigus de Urbeche, Gernodus de Cruceborc, Heinricus Rex de Langelo, Hein-